



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

119 Integricontextus restituito.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

Idem Archiepiscopo & Præposito sancti
Andree Colonienfis.119
Integri con-
textus resti-
tutio.

Cum uniuersorum fidelium ab ipso Domino
Iesu Christo pastoralis sit nobis cura com-
missa, sollicitudini nostra incumbit vel dignosatur
expedire ut sic debeamus quoslibet in suis rationi-
bus confondere quod aliquorum iura in conspectu
ecclesie dispendium non sustineant sed firma & illi-
bata debeant permanere. Intelligimus G. canonico
sancti Iohannis Leodiensis referente quod cum ipse
& L. clericus ducti lenitate quadam de permuta-
tione præbendarum suarum tractare cœpissent, quam
utilitati utriusque imminere credebant, tandem
idem L. præbenda eiusdem G. quam in ecclesia san-
ctæ Mariae Namurcensis habebat cuiusdam suo con-
sanguineo assignata, præbendam sancti Bartholo-
mai quam sepedicto G. repromiserat, ei noluit re-
signare. & infra. Cum igitur deceptis & non deci-
pientibus iura subueniant, licet ipsi per se de iure
non possent ecclesiastica beneficia permutare, ut ta-
men simplicitati uenia tribuatur, mandamus, qua-
tenus, si constiterit prætaxatum G. taliter fuisse
deceptum, amoto à præbenda sua consanguineo sp-
sius L. vel quolibet alio illicito detentore, eam re-
stitui faciatis eidem.

Testatur Bernardus Parmensis antiquus de-
cretalium Glossographus permutantes hosce
G. & L. prius litigasse super hac permutatione
coram Episcopo Leodiensi satis diu; quod est
verisimile; sed istum L. deceptorem prouocasse
se ad sedem apostolicam, neque tamen eò vel
iuisse vel misisse, sicuti ferè solent qui sibi met
confici

conscijs sunt iniustæ tergiuersationis & appellationis friuolæ; G. verò deceptum illuc profectum fuisse atque rem totam gestam retulisse Summo Pontifici, qui iudices tandem delegatos hic nominatos & expressos dedit. Antiquiores plerique Doctores nostri, Innocentius nimirum quartus, Ioannes Andreæ, Antonius de Butrio, similesque, sic accipiunt hoc nostrum capitulum quasi principaliter in eo decideret Pontifex, eos qui beneficia sua permutant auctoritate propria priuandos iis esse nisi simplicitate quadam & non malitia peccauerunt, quo casu simplicitati parcendum esse; atque ita capitulum hoc meram continere gratiam: sed longè tum verior tum iuri permutationum perpetuo conformior est Floriani & Ioan. Imolensis & Zabarellæ Cardinalis & aliorum recentiorum summaria capituli huius comprehensio principalis quam præmisimus initio. Nam cum rerum permutatio referatur inter contractus innominatos toto tit. π . de rer. permutat. pœnitentiæ locus est re integra l. 3. in principio. vers. sed si tibi. & vers. quid sita. π . de condict. caus. dati caus. non secut. Res autem dicitur integra illi cui contractus non est impletus, non autem illi cui iam impletus est contractus iuxta Glossographum & DD. ad l. 1. π . de condict. caus. dati caus. non secut. Ideoque G. hoc loco deceptus ab L. optionem habuisset agendi vel pro permutacionis impletione (nisi simoniaca fuisset vel aliquid saltè simoniæ sapuisset) vel ad beneficij sui re-

120
Antiquorum
de huius cap.
arg. sententia.

121
Pœnitentiæ lo-
cus in cōtra-
ctibus inno-
minatis. &
quatenus &
quandiu.

122
Optio actio-
nis in cōtra-
ctibus his
contra non
impletorem.